



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

Zwischentitel

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

421
422
424
426
427
428
431
435
441
448
449

Sub-
ori-
sio-
tio-

J. N. D.
HISTORICA
JURIS PONTIFICII
SYNOPSIS

QVA

NATURA ET PARTES IPSIUS
ATQUE ORDO PARTIUM
indicatur.

ADJECTUS EST,

S Y L L A B U S

PONTIFICUM ROMANORUM

ET

CONCILIORUM

NEC NON

S. S. PATRUM

ET

AUCTORUM

ECCLESIASTICORUM

I N D E X.

FRANCOFURTI & LIPSIAE.

M DCC XX.

ISTORIA
SACRA
SYNOPSIS
ET
MAGNORUM
CONCILIORUM
MAGNORUM
ALPHABETICORUM
MAGNORUM
MAGNORUM
MAGNORUM



I.

I

nib
ren
at.
sub
qua
atq

V

fide
Qua
& c
stoli
con
par
o ad
MAG



I. N. D. N.

I. **JUS CANONICUM QUID
ET UNDE DICTUM?**

IUS CANONICUM, quo in Ecclesiasticis controversiis certa ratione dijudicandis orbis utitur, nomen habet a *Canonibus* sive Regulis: ex eo sic dictum, quod rerum sacrarum Regulas ac præcepta continet. Id trifariam spectari potest; ratione *subjecti*, circa quod versatur; *Materia*, ex qua constat; & *Formæ*, qua compositum est, atque in Ordinem redactum.

2. **JURIS CANONICI
OBJECTUM.**

Versatur Jus Canonicum partim circa res fidei, partim circa mores ac disciplinam. Quæ ad Fidem pertinent, *Dogmata* dicuntur & continentur in Symbolis, in Synodicis Epistolis, atque in aliis Fidei Formulis. In his convenire debent Oriens atque Occidens, in parta per totum orbem ecclesia, quia ex Paulo *ad Ephes. 4.* unus Dominus, una fides, una *Baptisma*: unde & Regula Fidei una
82 omnino

4 HIST. JUR. CAN. SYNOPT.

omnino est, sola immobilis & irreformabilis, ut Tertullianus loquitur, *in titoli libri de Virginitate velandis*. Quæ spectant ad Mores ac Disciplinam Ecclesiasticam, *Canonum* generali nomine intelliguntur: atque horum, quæ quidem præcepti Divini aut Apostolici sunt, omnes procul dubio tenent: quæ Disciplinæ duntaxat causa recepta, ea citra unionis di-
pendium, per loca terrarum, regionesque variantur, ut loquitur D. Augustinus, *can. illi autem dist. 22.*

3. EJUS MATERIA ET FONTES.

Quantum ad Materiam qua constat, istud quatuor præsertim ex Fontibus man-
Primo ex sacris Codd. seu Canonicis utriusque Fœderis *Scripturam*: quarum sententiis fertæ, ac velut floribus conspersæ sunt om-
Canonici Juris Partes: 2) ex Statutis C-
ciliorum, tum universalium, tum particul-
um seu localium, qua statuta proprie *Can-*
dicuntur: 3) ex Summorum Pontificum *de-*
cretis ac Decretalibus Epistolis: 4) ex S-
ctorum *Patrum* Latinorum & Græcorum
Actis, Tractatorumque libris, id est, eorum
qui tractatus in varias sacrorum Codicum
tes ediderunt. Ex horum omnium gener-
scriptis petita sunt sententiæ, & sacrorum
quæstionum definitiones, ex quibus con-

git universum Juris Pontificii corpus. Adde possunt ex Leges aliquot Principum Christianorum ex Theodosiano & Justiniano Codice ac Novellis, itemque ex *Capitularibus* de promptæ. Sic Constitutionum a priscis Francorum regibus conditarum Codex vocatur.

4. FORMA SEU DISPOSITIO.

Quod ad Formam atque Ordinem Juris Canonici attinet, tria videntur tempora spectari debere, quorum Primum Constitutiones Ecclesiasticas complectatur, quæ ante Collectionum Volumina, quibus constat hodiernum Juris Pontificii Corpus, editæ sunt. Secundum vero Corpus ipsum Juris Canonici, seu medii temporis compilationes contineat. Tertium quæcunque his postea, tum recentiorum Conciliorum atque Pontificum autoritas; tum specialia Nationis, Provinciæ, Ecclesiæ cujusque statuta adjecerunt.

5. VETUS.

Ante compositum Juris Canonici hodie recepti systema, quatuor imprimis apud Græcos leguntur veteres secundum temporum fere ordinem digestæ Canonum collectiones usu probatæ, apud Latinos totidem.

HIST. JUR. CAN. SYNOPT.
6. PRIMA GRÆCORUM
COLLECTIO.

Prima Græca *Collectio* circa annum Christi 385. edita, Synodorum Oecumenicarum Nicæanæ & Constantinopolitanæ primæ; hisque interjectarum quinque localium per ea tempora in Asia celebratarum, *Ancyranæ*, *Neocaesariensis*, *Gangrensis*, *Antiochena*, *Laodiceana*, Canones comprehendebat; eosque seriatim per annorum serie dispositos.

7. SECUNDA.

Secunda, qua usus videtur Theodoretus quæque a Justiniano confirmata legitur, superioribus addit Canones Sardicensis & Chalcedonensis Conciliorum: hujus generalis illius quasi generalis.

8. TERTIA.

Successit deinde tertia *Collectio*, in qua Anonymi cujusdam opera Canones Apostolorum dicti, numero quinque & octoginta itemque Ephesini Oecumenici III. Concilii tres; & sub Carthaginensis nomine plurimum Africanarum Synodorum præcipui Canones; ac præterea Constantinopolitanæ sub Nectario una cum aliquot Canonibus Orientalium Patriarcharum atque Episcoporum Epistolis, ad superiora adjuncti sunt: quæ

HIST. JUR. CAN. SYNOPT. 7

Collectio, *Trullana Synodi can. 2.* appro-
bata est.

9. QUARTA DUPLEX.

Huic additi sunt postrema Collectione Ca-
nones Trullanæ ipsius & sequentium aliquot
Constantinopolitanarum Synodorum, tan-
demque Nicænæ II. & Constantinopolitanæ
IV. generalis, quarum inter Oecumenicas,
illa septimum, tres autem octavum obtinent
locum: nisi quod pro vera Oecumenica VIII.
orthodoxa, Græci schismaticam Photii subje-
cerunt. Atque hanc ultimam Collectionem
commentariis suis Joan, Zonaras & Theodor.
Balsamon illustrarunt.

10. LATINORUM COLLECTIO

PRIMO

S. LEONIS.

Latinorum *Prima* Collectio seu Codex Can-
onum vetus, secundæ Græcorum Collectio-
ni respondet. Romana enim & universa Oc-
cidentalis Ecclesia, statim a Calchedonensi
Concilio Oecumenico IV. (quod Anno 451.
habitu) probatis ab eo Canonibus priscis
usa est: quorum plures fuere in Latinam lin-
guam versiones, atque in his maxime receptæ,
quæ S. Leoni Papæ adscribitur.

8 HIST. JUR. CAN. SYNOPT.
II. SECUNDA DIONYSII
EXIGUI.

Sequitur est *Dionysius Exiguus*, qui circa annum 530. prioris illius Codicis uovæ interpretationi, Canones Apostolorum quinquaginta priores, Ephesinos atque Africanos (ex tertia fere Græca Collectione) Decreta etiam Romanorum septem Pontificum a Siricio ad Anastasium II. addidit.

Tertio auctus est hic Codex Symmachi & Hormisdæ Pontificum Decretis, quibus Gregorii Junioris accessere longo intervallo Responsa, post annum scilicet 715. atque ex hac & Dionysii Collectione conflatus est Codex Canonum vetus Ecclesiæ V. Romanæ, cuius mentio habetur, *can. 1. dist. 19. & can. 1. dist. 20.*

12. TERTIA ISIDORI
HISPALENSIS.

Isidorus denique *Hispalensis* Episcopus, si ve alius ejus nomine, novum Corpus Canonum adornavit, quæ *Collectio Hispaniensis* est. Ibi cum Apostolicis, & Græcorum Conciliorum Canonibus ex antiqua versione (diversa ab ea quam concinnaverat Dionysius) comprehenduntur Africana Concilia expansa octoginti; Capitula item Martini Bracarensis & Pontificum Romanorum Decreta: Damiani primus

primum, deinde Siricii & sequentium, eadem, quæ supra indicata sunt.

13. QUARTA LATINA COLLECTIO ISIDORI MERCATORIS,

Huic adjectæ Summorum Pontificum tum Damaso antiquiorum, ignotæ, usque ad ea tempora, tum posteriorum Epistolæ quamplurimæ, *Isidori Mercatoris* sive *Peccatoris* cognominati, Corpus Canonum nobis pepererunt, dimidio prope auctius superiore.

14. COLLECTIONES ALIÆ JUXTA ORDINEM MATERIARUM,

In collectionibus hæcenus memoratis Canones ad sua quinque Concilia suosve Pontifices relati, eademque serie collocati leguntur, qua in Synodis ipsis & epistolis Pontificiis extabant. Sed quoniam de iisdem rebus variis pluribus in Conciliis Canones, variaque in diversis Epistolis Decreta edita reperiuntur; quæ ita sparsa facile cuivis non erat, ex suis quæque locis eruere atque inter se conferre, utilius visum est, diversas ejusmodi de re una: quaque constitutiones, materiarum habita ratione, ad certa capita redigi. Quod non uno modo factum sive a Græcis, sive a Latinis.

10 HIST. JUR. CAN. SYNOPT.

Partim enim abbreviati Canones, indicatis fontibus, unde integri peti possent: partim vero expansi, & prout in ipsis Conciliis, Pontificumve aut aliorum Auctorum Ecclesiasticorum Scriptis habentur, exscripti: partim etiam selecti tantum quidam in unum collecti.

15. FERRANDI, MARTINI
BRACARENSIS ET CRE-
SCONII.

Primus, quod sciam, hanc Canonum ex rerum potius, quam ex Conciliorum ordine digerendorum, methodum secutus est *Fulgentius Ferrandus* Carthaginensis Diaconus, circa exordia Justiniani Imperatoris in *Breviatione Canonum*, quæ Græcis Canonibus Latino sermone summatim expressis, summas Africanorum intexnit. Ejus exemplo *Cresconius* sive *Orisconius* Africanus Episcopus, diverso quidam aliquatenus ordine, ceterum simili via, Librum scripsit sub titulo *Concordia Canonum* circa annum 660. cuius breviarium habebatur tantum, donec VV. Clarissimi Gulielmus Voëllus & Henricus Justellus opus integrum expansis Canonibus constans, in publicam lucem emisserunt, ex Ms. codice Claromontani Collegii: intermedio inter superiores tempore *Martinus Bracarenensis* in Hispanis Episcopus brevem collectionem

nem

nem Canonum Orientalium Latinitate a se donatorum, in usum Provinciæ suæ concinnavit; atque ad Lucense Concilium, quod in altera Galleciæ parte habebatur, transmisit An. 572.

16. ANONYMI ET REGINONIS.

Cum mihi ante annos viginti hanc historicam Juris Pontificii brevem synopsis exaranti, & seorsim in usum tironum edenti nondum innotuisset Cresconii aliudve ejus generis opus, Burchardi Decreto antiquius, huic primas detuleram istiusmodi inventi. Sed ab eo tempore præter Cresconii, quam dixi, Collectionem integram duæ aliæ prodierunt quæ hæcenus in Mss. delituerant: altera Anonymi sub nomine *Canonum Poenitentialium*, quem octavo sæculo vixisse apparet. Eam publici juris fecit Tom. XI. Spicilegii sui vir eruditus ordinis S. Benedicti Religiosus Lucas *Dacherus* curiosus Ecclesiasticæ antiquitatis indagator. Collectionis porro illius Autor, primus Conciliorum Gallicorum & Hispanicorum Canones excerptit ex Isidoriano, ut videtur, corpore defumtos. Alteram nimirum Reginonis Abbatidis Prumiensis Collectionem, in libro de *Ecclesiasticis disciplinis* comprehensam, post Germanicam editionem adhuc in Gallia parum

rum

12 HIST. JUR. CAN. SYNOPT.

rum notam, edidit Parisiis *Stephanus Paluzius* & notis suo more illustravit. In hac primum Collectione, una cum Canonibus Conciliorum & Pontificum, adjectæ sunt aliquot sententiæ Patrum & leges ex jure Civili, quod non ante Ivonem Carnotensem factum credebatur.

17. GRÆCÆ COLLECTIO-
NES EX ORDINE MA-
TERIARUM.

Apud Græcos quoque per ea tempora a pristino Collectorum more desciverant, digestis certas in classes Canonibus Conciliorum & Præsulum, prout affinitas] cujusque materiæ suadebat, collatisque Imperatorum de re quaque Constitutionibus, tum verbatim descriptis, tum in compendium redactis, tum *Joannes Antiochenus* Ferrandi æqualis, tum *Photius*, ac deinde *Harmenopulus*, atq; alphabeti ordinem amplexus *Matthæus Blastares* & si qui alii.

18. APUD LATINOS BUR-
CHARDI ET IVONIS DE-
CRETA ET PA-
NORMIA.

At in occidente methodum Reginonis imitati atque amplioribus voluminibus exequuti sunt Burchardus atque Ivo antedicti.

Bur-

Burhardus Wormatiensis in Germaniæ & Galliæ confinio Episcopus, anno circiter 1020 certa in capita & velut classes, disciplina Ecclesiasticæ materiam omnem divisit, aptosque singulis Canones undecumque congeffit, conscriptis viginti Decretorum libris: qui ex sacris etiam Scripturis, Gallicis aliquot, Germanicisque Conciliis, ac præterea ex Sanctorum Patrum Scriptis excerpti sunt.

Ivo deinde Carnotensis in Gallia Præsul, idem institutum sequutus, Excerptiones Ecclesiasticarum Regularum, in suo Decretorum opere, partibus septemdecim distincto, collegit circa ann. 1700. ubi etiam Principum Christianorum Constitutiones inseruit. Ex hoc vero Volumine descripta creditur *Panormia*. Atque huc usque pertinet Jus Canonicum vetus, ex parte non modica obsoletum

19. NOVA JURIS PONTICII
FORMA IN CORPORE JU-
RIS USU NUNC
RECEPTO.

His successit Corpus Juris Canonici, quod nunc utimur. Constat illud tribus Voluminibus, sex Collectionibus sive Compilationibus Canonum ac Decretorum.

14 HIST. JUR. CAN. SYNOPT.

20. PRIMUM VOLUMEN DECRETUM GRATIANI.

Primum Volumen continet Collectionem priscorum Canonum, & consequenter Jus antiquum, quo per Secula undecim usa est Ecclesia. Inscriptum est ab Autore *Concordia discordantium Canonum* vulgo tamen dicitur Decretum Gratiani: *Decretum* quidem quod Decreta Ecclesiae, ratione materiae & quaestionum certum in ordinem redacta contineat: *Gratiani* vero, de nomine Autoris, qui Monachus fuit Benedictini Ordinis, patria Clusinus,

de Chiusien Toscae

Professus in Bononiensi, Sancti Felicis Monasterio. Is anno Christi 1259. post Burchardum & Ivonem, Canones ac Decreta, ad suum usque tempus edita in unum Corpus ita digessit, ut quae invicem pugnare videbantur, conciliare sit conatus: quod tamen in tertia parte his duntaxat tentavit.

DIVISUM IN 3. PARTES.

Universum opus Eugenio III. Pontifici oblatum ac Autore quidam scripsere, atque hunc ab illo Juris ejus docendi causa Lutetiam missum (quod tamen non magis certum, quam ejus & Petri Lombardi ac Petri Comestoris fraternitas) Dividitur in Partes tres: quia

quia Jus omne ad tria pertinet, vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones seu judicia. §. *fm. J. de J. Nat.*

PARS PRIMA DECRETI
DISTINCTIONES.

Prima itaque pars continet Distinctiones, id est, sectiones, & minores partes, in quas dividitur, centum & unam: in quarum primis viginti, agitur de Jure ipso & Juris partibus: in reliquis de personis Ecclesiasticis, sive de Sacrorum Ministrorum institutione, Ordinibus & Officiis; deque universa Hierarchia, & jurisdictionis Ecclesiasticæ gradibus.

PARS SECUNDA CAUSÆ.

Secunda Pars complectitur *Causas* sex & triginta, quæ sic appellantur, quod in singulis quædam facti species & quasi iis aliqua, adjunctis pluribus rerum adminiculis, sive circumstantiis, decidenda proponatur.

Causæ in Quæstiones dividuntur, quarum in unaquaque discutitur certa facti circumstantia, Est ergo tota hæc pars de *judiciis* Ecclesiasticis: & criminalia primum exequitur prioribus causis quindecim; tum in genere usque ad causam septimam, agens de *Simoniam*, gravissimo crimine Ecclesiasticorum, deque *Accusationibus*, *Testibus* & ordine

dine iudiciario ; tum octo sequentibus quæ continent Crimina, & Jura Episcoporum & Clericorum : differit enim Causa VII. de Renunciationibus, VIII. de vitiosa successione in locum viventium deque Episcopis accusatis : IX. de Ordinationis vitiis. X. de potestate Prælatorum in res Ecclesiæ : XI. de Jurisdictione Episcoporum in Clericos, ubi de Excommunicatione : XII. de bonis & peculio Clericorum : XIII. de Decimis & funeribus : XIV. de rebus per Clericos in iudicio repetendis deque usuris : XV. de peccatis ex furore aut ignorantia commissis, de muneribus, de purgatione Canonica, confessionibus, &c. Post hæc transit Gratianus ad Monachorum jura, ubi & de jure Patronatus, & Territorii, de Præscriptione &c. agitur Causa XVI. Atque ad Monachos ferme referri possunt sequentes quatuor causæ. XXI. de officio & honestate Clericorum. Deinde de vero de communibus Laicorum & Clericorum criminibus differitur. Itaque XXII. agit discrimine Falsi & Perjurio. XXIII. de Homicidio & Bello. XXIV. Hæresi : XXV. de Privilegiis Ecclesiæ non violandis : XXVI. de Sortilegio. Tum denique de judiciis quæ ad *Matrimonia* pertinent, a XXVII. usque ad finem agitur, inserto Causæ XXXIII. quæst. 3. tractatu de Pœnitentia, tum conjugum, tum aliorum : qui tractatus quod longior sit, in septem distinctiones subdividitur.

PARS

PARS III. CONSECRATIO.

Decreti hujus tertia pars inscribitur *de Consecratione*, dividiturq; in quinque Distinctiones. Ea, res Sacras tractat, ac præsertim Sacramenta cætera: quæ neque ad forum exterius, aut interius pertinere videntur, ut Matrimonium & Poenitentia; neque ad personas Ecclesiasticas, ut ordo: Distinctio est de Consecratione Ecclesiarum & Missarum celebratione II, de Eucharistia III. de Feriis, Jejniis &c. IV. de Baptismo V. de Confirmatione Ritibusque aliis Ecclesiæ.

NUMERUS DISTINCTIONUM ET QUESTIONUM DECRETI.

Hæ Distinctiones quemadmodum & superiores (quæ omnes numerum centum ac duodecim conficiunt): & causarum quæstiones (quæ numero sunt septuaginta & septem supra centum) pluribus pene omnes Canonibus constant sive Capitulis; qui canones nihil aliud sunt, quam fragmenta ex Canonibus Conciliorum, Decretis Pontificum veterum, aut Patrum scriptis: nonnunquam etiam sed rarius ex sacris paginis, aut Jure Romano Gallicove desumpta, atque ad materiam, qua de agitur spectantia Leges ex Jure Civili in hoc Decretorum volumen relatæ, vulgo *Canonizate* dicuntur, quod Canonibus immixtæ eorum vim aliquatenus assumant.

MENDÆ ET EMENDATIONES DECRETI.

Hoc Gratiani opus nævis suis non carebat, eo

in primis nomine, quod cum pleraque, non ex ipsis fontibus, sed ex priorum compilatorum rivis hausta essent, non pauca ad non suos Auctores referuntur in eo. Quapropter emendatione indigere Antonius Augustinus Archiepiscopus Tarraconensis peculiari tractatu demonstravit; atque in eo emendando ac brevibus notis illustrando operam aliquam superiore seculo posuerunt Galli tres, Antonius Demochares, sive Monchiacenus, vulgo de *Monchi*, Theologus Parisiensis; Antonius Contius, Antecessor Parisiensis primum, deinde Bituricensis, & Carolus Molinæus J. C. cujus notæ, quod sæpe de rebus Pontificum Romanorum, aliarumque Personarum Ecclesiasticarum, non ea qua patet reverentia, differuisse visus sit, Romæ improbatur, donec emendatæ fuerint. Sed ultimam fere operi manum impoluerunt Correctores Romani jussu & Cura Gregorii XIII. Pontificis Maximi An. 1580.

21. SECUNDUM CORPUS CANONICI
VOLUMEN DECRETALES.

Secundum Volumen Corporis Canonici continet *Decretales* quæ dicuntur Gregorii IX, sive *Collectiones Epistolarum Pontificiarum*, quibus quippiam decernitur; earum præsertim quæ ab Ao. Christi 1150. ad annum 1230. prodierunt, admixtis Conciliorum, præsertim Lateranensium generalium tertii & quarti, particulis etiam, tum priorum Synodorum decretis, tum sententiis Patrum a Gratiano prætermis-
Hæc

Hæc compilatio digesta est per Raimundum de Pennafort, Gregorii IX. Capellanum & Pœnitentiarium, ex ordine Fratrum Prædicatorum, qui ex anterioribus quinque publice probatis per ea tempora Collectionibus, aliisque nondum in unum volumen redactis Decretalibus, hoc opus concinnavit, rejectis, quæ similia, pugnantia, aut inutilia videbantur: sequutusque est ordinem Primæ omnium Collectionis, quam sub titulo Breviarii Extravagantium Bernardus Papiensis paulo post Gratianum composuerat. Quia vero Decretales integras referre parum necessarium Raimundus putavit; initium duntaxat cuiusque, cum ea parte, qua definitio propositæ quæstionis continetur, plerumque retinuit; recisis, quæ superflua, vel certe minus necessaria videbantur, quæ his duabus vocibus suppleantur, & *infra*: dicunturque: *Pars decisæ*. Quia tamen ad plenioram rei notitiam, multa ab eo resecta non parum conferre possunt, ad priores illas quinque compilationes ea de causa recurrendum, quarum quatuor ab Antonio Augustino, quinta ab Innocentio Cirtonio editæ sunt. In his enim magna ex parte habentur partes illæ decisæ. Decretalibus his ad Bononienses, aliorumque studiorum juris Doctores, & Scholasticos transmissis, robur Constitutionum, ut in Judiciis ac Scholis valerent, attributum, præfixa epistola anno prædicto 1230.

20 HIST. JUR. CAN. SYNOPT.

ORDO DECRETALIU.

Quinque sunt Decretalium Libri, in quibus ordinis hæc servata est ratio, ut I. Libro, qui præsertim de Ministris *Personisque Ecclesiasticis*. deque præparatoriis judiciorum. II. qui continet triginta titulos, de *Judiciis*, causisque disceptandis in genere, ac de servando ordine judiciario in rebus Civilibus: Liber III. per Titulos quinquaginta de rebus Ecclesiasticis, deque officiis & causis pecuniariis Clericorum & Monachorum, de Præbendis, Contractibus, Successionibus, Decimis &c. differitur: Lib. IV. cujus sunt tituli unus & viginti, de Matrimonio, quo fere continentur Causæ Laicorum Ecclesiasticæ, quæ extracrimen sunt, in foro Episcopali tractandæ: V. denique, qui titulos complectitur unum & quadraginta, de Criminalibus judiciis & Criminibus atque censuris ecclesiasticis: in ut totius collectionis 185. sint tituli. Ordinem horum quinque Librorum designant titulum sequentis versus vocabula:

Judex, Judicium, Clerus, Sponsalia,
Crimen.

22. TERTIUM JURIS CANONICI
VOLUMEN, QVO CONTINE-
TUR SEXTUS.

Tertium Juris pontificii Volumen constat Sexto Decretalium, Clementinis & Extravagantibus tum Johannis XXII. tum communibus,
Sexto

Sextus Decretalium Liber dicitur, quo Bonifacius VIII. Guilielmi Archiepiscopi Ebrodunensis aliorumque opera usus anno Christi 1297. tam suas, quam superiorum post Gregorium IX. Pontificum Decretales inclusit; ipsiusque Gregorii eas, quæ post editionem prioris Collectiones promulgatæ fuerant; ac præterea ejus ævi Conciliorum Lugdunensium generalium duorum Sextum appellant, quod quinque libris Gregorianæ Compilationis adjectus fuerit, cui hanc Collectionem interferere Bonifacius noluit, ne vetera ejus exemplaria inutilia fierent. Hic liber a Bonifacio Bononensibus, aliarumque Academicarum Antecessoribus, ac Juris Studiosis inscriptus, quamque libris minoribus constat, eodem omnino ordine ac Titulorum serie, non numero, quo Gregoriani, dispositis; qui ordo in sequentibus quoque Collectionibus servatus est.

CLEMENTINÆ.

Clemens V. Gallus ex Aquitania oriundus, ex Concilii Viennensis Decretis, partim etiam ex paucis aliquot Decretalibus suis; novam Compilationem concinnavit, quæ non ab ipso, sed a Joanne XXII. etiam Aquitano edita, atque ad studia generalia est directæ An. 1317. sub *Clementinarum* Constitutionum appellatione.

EXTRAVAGANTES JOANNIS XXII.

Ipsius Joannis XXII. Constitutiones, nume-

ro viginti, paulo post superioribus adjunctæ, quoniam ob paucitatem, Volumen peculiare constituere non posse videbantur, in generali *Extravagantium* nomine steterunt. Hoc enim nomine appellari prius ceperunt Constitutiones Pontificiæ, Gratiani Opere posteriores, quod scilicet extra ejus opus vagarentur, ut docet Abbas antiquus in *Præfatione Decretalium*.

EXTRAVAGANTES COMMUNES.

Eadem de causa *Extravagantes Communes* dictæ sunt Epistolæ Decretales non unius, sed plurium aliquot Pontificum, qui paulo ante, vel paulo post Joannem XXII. sederunt per anno circiter 150. Earum ultima est Sixti IV. anno 148 edita. Verum hæc utraque Collectio *Extravagantium* a privatis Collectio-ribus in unum corpus digesta, certe auctoritate promulgata non est. Atque hic est finis Corporis Canonici, seu Juris Ecclesiastici communis, quo in Foro ac Scholis utimur. Licet enim ab eo tempore Concilia, etiam generalia, celebrata, & Bullæ five *Extravagan-tes* conditæ magno numero sint, nihil tamen ex iis Juris Corpori additum fuit.

23. CITATIONES EX DECRETO.

Ex tribus Decreti partibus sic solent Canones laudari, ut prima cujusque canonis vocabula citentur, adjecto in I parte numero distinctionis in II parte numero causæ ac questionis, Causæ tamen nomine ut plurimum suppresso

presso) nisi quod in tractatu de Poenitentia, causæ quæstionisve nulla mentio fiat, sed Distinctionis cum adjectione *de Poenitentia*; quod etiam in tertia parte fit similiter adjectis vocabulis: *de Consecratione*.

EX DECRETALIBUS.

Quoties autem allegandum, quid occurrit ex Decretalibus, adducuntur capituli, quod citatur, primæ voces, aut numerus, cum rubrica seu titulo, nulla libri mentione; sed adjecta voce, *extra* qua significatur, ea, quæ citantur extra Decretum Gratiani posita esse: quidam addunt *apud Gregorium*, majoris distinctionis causa, quod hæc Compilatio Gregorii IX. jussu conscripta fuerit.

In reliquis Collectionibus ex Sexto, Clementinis, &c. laudandis idem ordo servatur, additis tamen, distinctionis causa, vocibus, in 6. vel Lib. VI. in Clementinis, in Extravagantibus Joannis XXII, in Extravagantibus Communibus, vel Clementina Extravaganti Joann. XXII. aut communi 1. 2. &c.

24. NOVISSIMUM JUS CANONICUM COMMUNE.

Novissimum Jus Canonicum partim commune est, receptumque apud omnes Catholicos; partim proprium & singulare. Communis duo sunt genera: Extravagantes nimirum seu Bullæ posteriorum Pontificum, a Cherubino Laertio aliisque collectæ, & Regulæ Cancellariæ Apostolicæ, sive Constitutiones

tioness

tiones judiciales ab Innocentio VIII. atque aliis Romanis Pontificibus conditæ, & Apostolica Cancellariæ libris insertæ, quarum præcipuæ quædam in Gallia non observantur.

PROPRIUM.

Jus singulare vel proprium est cujusque Provinciæ, Civitatis, Ecclesiæ, ut statuta specialia; vel totius Nationis. Sicque in Galliæ Jus Canonicum speciale triplex distingvi potest: constat etenim veteribus Ecclesiæ universæ institutis, quibus majores nostri tenacius, quam vicini populi adhæserunt, quæ vulgo immunitates, seu Libertates Ecclesiæ Gallicanæ dicuntur: tum Pragmatica Sanctione, quam in Bituricensi conventu, ex Decretis fere Basiliensis Concilii Carolus VII. Anno 1438. promulgavit; ac denique Concordatis, id est, fœderis tabulis inter Leonem X. & Franciscum I. An. 1516. initi ad temperanda Pragmaticæ Sanctionis jura paulo strictiora. Germani quoque & vicinæ provinciæ Concordatis suis reguntur, quæ Anno 1447. inter Pontificem Nicolaum V. & Fridricum III. Imperatorem composita fuerunt.



PONTIFICUM ROMANO-
RUM SYLLABUS
JUXTA TEMPORUM ORDINEM.

1. PETRVS APOSTOLVS
COEPIT ROMÆ ANNO
CHRISTI 43.
2. LINVS VIVO PETRO, 43.
3. CLETVS 78.
4. CLEMENSI, 91.
5. ANACLETVS 101.
6. EVARISTVS 110.
7. ALEXANDER I. 119
8. XISTVS I. 130
9. TELESFORVS 140.
10. HYGIVS 152.
11. PIVS I. 156.
12. ANICETVS 165.
13. SOTER 173.
14. ELEUTHERIVS 177.
15. VICTOR I. 192
16. ZEPHYRIVS 201.
17. CALLISTVS I. 219
18. URBANVS I. 224.
19. PONTIANVS 231.
20. ANTERVS 235.
21. FABIANVS 236.
22. CORNELIVS 251.
23. LV-

b 5

23. LV-

- 26 HIST. JUR. CAN. SYNOPT.
23. LUCIVS I. 253.
24. STEPHANVS I. 255.
35. XISTVS Junior. 257
26. DIONISIVS 258.
27. FELIX I. 270.
28. EUTYCHIANVS 275.
29. CAJVS 283.
30. MARCELLINVS 296.
31. MARCELLVS I. 304.
32. EVSEBIVS 309.
33. MILTIADES I.
MELCHIADES 311.
34. SILVESTER I. 314.
35. MARCVS 336.
36. IVLIVS I. eod. Ao.
37. LIBERIVS 352.
FELIX junior vivo LIBERIO 366
38. DAMASVS 367.
39. SIRICIVS 385.
40. ANASTASIVS I. 398.
41. INNOCENTIVS I. 402.
42. ZOSIMVS 417.
43. BONIFACIVS I. 418.
44. CELESTINVS I. 422.
45. XI.

45. XISTVS III. 432.
46. LEO I. 440.
47. HILARIVS 461.
48. SIMPLICIVS 467.
49. FELIX junior dictus III. 483.
50. GELASIVS 492.
51. ANASTASIVS junior. 496.
52. SYMMACHVS 498.
53. HORMISDAS 514.
54. JOANNES I. 523.
55. FELIX III. dictus IV. 27.
56. BONIFACIVS junior. 530.
57. JOANNES junior. 532
58. AGAPETVS 535
59. SILVERIVS 536
60. VIGILIVS 540.
61. PELAGIVS 555.
62. JOANNES III. 559.
63. BENEDICTVS 573.
64. PELAGIVS junior 577.
65. GREGORIVS I. 590.
66. SABINIANVS 604.
67. BONIFACIVS III. 606.
68. BONIFACIVS IV. 607.

23 HIST. CAN. JUR. SYNOPT.

69. DEVS DEDIT 614.
70. BONIFACIVS V. 617.
71. HONORIVS I. 626.
72. SEVERINVS 639.
73. JOANNES IV. 639.
74. THEODORVS 641.
75. MARTINVS I 649.
76. EVGENIVS I. 655.
77. VITALIANVS 655.
78. ADLODATVS 669.
79. DONVS 676.
80. AGATHO 678.
81. LEO junior 583.
82. BENEDICTVS junior. 684.
83. JOANNES V. 485.
84. CONON 687.
85. SERGIVS I. 687.
86. JOANNES VI. 701.
87. JOANNES VII. 705.
88. SISINIVS 708.
89. CONSTANTINVS eod. anno
90. GREGORIVS junior. 714.
91. GREGORIVS III. 731.
92. ZACCHARIAS 741.

93. STEPHANVS junior 762.
94. STEPHANVS III. dictus junior eod.,
anno & mense
95. PAVLVS I. 757.
96. STEPHANVS III. 768.
97. HADRIANVS I. 772.
98. LEO III. 795.
99. STEPHANVS IV. 816.
100. PASCHALIS I. 817.
101. EVGENIVS junior. 827.
- 102 VALENTINVS 827.
- 103 GREGORIVS IV. 827.
104. SERGIVS junior. 844.
105. LEO VI. 847.
106. BENEDICTVS III. 855.
- 107 NICOLAVS I. 858.
108. HADRIANVS junior. 867.
109. JOANNES VIII. 872.
110. MARTINVS dictus MARTINVS junior. 882.
111. HADRIANVS III. 883.
- 112 STEPHANVS VI. dictus V. 885.
113. FORMOSVS 890.
114. STEPHANVS VI. 896.

30 HIST. JUR. CAN. SYNOPT.

115. THEODORVS 901
116. JOANNES IX. 901.
117. BENEDICTVS VI. 905.
118. LEO V. 906
119. CHRISTHOPHORVS eod. anno.
120. SERGIVS III. 907.
121. ANASTASIVS III. 910
122. LANDO 912.
123. JOANNES X. 913.
124. LEO VI. 928.
125. STEPHANVS. dictus VIII. 929.
126. JOANNES XI. 831.
127. LEO VII. 936
128. STEPHANVS IX. dictus VIII. 939
129. MARTINVS junior dictus III. 941
130. AGAPETVS junior 946
131. JOANNES XII. 955.
132. BENEDICTVS V. 974.
133. JOANNES XIII. 965.
134. DONVS 972.
